Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8250
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

sororem suam filiam patris sui
vel filiam matris sue et viderit tur-
pitudinem eius illa que conspexerit
fratris ~~turpitudinem~~ ignominiam
et nephariam rem operati sunt oc-
cidentur ambo in conspectu populi sui
eo quod turpitudinem suam mu-
tuo revelaverint et portabunt iniqui-
tatem suam. Qui coierit cum
muliere in fluxu menstruo et reve-
laverit turpitudinem eius ipsaque
aperuerit fontem sanguinis sui in-
terficientur ambo de medio populi sui.
Turpitudinem matertere tue et a-
mite tue non discoopies qui hoc fe-
cerit ignominiam carnis sue nuda-
vit et portabunt ambo iniquitatem
suam. Qui coierit cum uxore pa-
trui vel avunculi sui et revelaverit in-
ignominiam cognationis sue porta-
bunt ambo peccatum suum absque liberis
morientur. Qui duxerit uxorem
fratris sui rem facit illicitam turpi-
tudinem fratris sui revelavit absque
filiis erit. Custodite leges meas
atque iudicia et facite ea ne et vos e-
vomat terra quam intraturi estis
et habitaturi. Nolite ambulare in le-
gitimis nationum quas ego expul-
surus sum ante vos. Omnia enim
hec fecerunt et abhominatus sum
eos. Vobis autem loquor possidete
terram eorum quam dabo vobis in
hereditatem fluentem lacte et mel-
le ego dominus deus vester qui
separavi vos a ceteris populis. Separate
ergo et vos iumentum mundum
ab inmundo et avem mundam
ab inmunda. Ne polluatis animas
vestras. In pecore et in avibus et in

cunctis que moventur in terra que
vobis ostendi polluta esse. Eritis
sancti michi quia ego sanctus sum
ego dominus. Et ego separavi vos
a ceteris populis ut essetis michi. Vir si-
ve mulier in quibus phitonicus di-
vinationis fuerit spiritus morte mori-
antur lapidibus obruent eos san-
guinis eorum sit super eos. XXI
Dixit quoque dominus ad
moysen. Loquere ad sacer-
dotes filios aaron et dices
eis. Ne contaminetur sacerdotes in
morte civium suorum nisi tantum
in consanguineis ac propinquis
et super patre et matre et filio et filia. fra-
tre quoque et sorore virgine que non est
nupta viro sed nec in principe populi
sui contaminabitur. Non radent ca-
put nec barbam nec in carnibus
suis facient incisuras. Sancti
erunt domino deo suo et non pollu-
ent nomen eius. Incensum enim
domini et panes dei sui offerunt
et ideo sancti erunt. Scortum et
vile prostibulum non ducent uxorem
nec eam que repudiata est a marito
quia consecratus est deo suo: et
panes propositionis offert. Sit ergo
sanctus quia ego sanctus sum do-
minus qui sanctifico vos. Sacerdotis
filia si deprehensa fuerit in stupro et
violaverit nomen patris sui flam-
mis exuretur. Pontifex id est sa-
cerdos maximus inter fratres suos
cuius super caput unctionis oleum
effusum est et cuius manus in sa-
cerdocio consecrate sunt vestitusque
est sanctis vestibus caput su-
um non discooperiet vestimenta et